Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hec est noua queda[m]. singular[is] atq[ue] rara legenda. ex alijs sex lege[n]dis collecta et perfecta. tractans de origine. et vite. ordine. de conuersione. ac magistrali disputatione. ast de ...

Petrus <Frater>

Argentin[ae], 6.IV.1500

Capitulum quartum. De regno regis Costi

urn:nbn:de:bsz:31-333645

Visual Library

Sed helena licet ꝯtemneret ydola tāq̄ vana. erat tamen in fide iudaica. anteq̄ ꝯuerteret̄ ad xp̄m. Hec omnia hucuſq̄ ideo ſūt dicta. vt ſciatur nobilitas magnifica ſcd̄m carnem huius nobiliſſime virginis ſancte katherine. ꝛ vt pateat modus ꝛ cauſa quare cōſtantinus eius auus in greciam miſſus fuit. Et inſuꝑ vt ip̄e inter malos ſocios diſcernat̄. ſicut roſa inter ſpinas florere apparet. ex qua roſa debebat procedere p̄cioſum liliū virgo ſcȝ predicta. Et vt ſciatur quis ſit ille maxentiꝰ. qui hanc glorioſam ꝛ ſctām virginem katherinam martyrizari p̄cepit. ꝛ quomodo ad imperiū ipſe ꝑuenerit. licet ſint alia multa his annexa. que magis ad decorē huiꝰ materie ſūt hic poſita.

Capitulū quartum

In quo agitur qd̄ ſcȝ. fuerit regnum regis Coſti. patris ſancte katherine.

SEd ante obitū ſui patris ſcȝ cōſtantini rex Coſtus primogenitus eius hec ſupradicta audiēs qui in finibus regnabat grecorum exhilaratus fuit valde de regno patris. de honore ꝛ victorijs habitis. congratulādo patri ſcribēs fortius eū armare cepit ad virtutes morales ꝛ regnum bonum. Regnū aūt ipſius coſti p̄dicti. patris ſcȝ ſācte katherine fuit pars ꝑſidis. ſcȝ illa pars que nūc vocat̄ armenia minor; que antiquitus in regione grecoꝝ computabat̄. in qua armenia eſt mons qui vocat̄ vulgariter montagna nigra. ꝛ erat terminꝰ grecie ꝟſus ſyriā. Naȝ inter alias ꝓuincias grecie tunc temꝑis erat illa q̄ nūc appellatur Thurckya. ꝛ prouincia magna maioris armenie. Et ꝓuincia illa que nūc dicit̄ Romana. a pluribus capadocia nūcupatur. que eſt inter maiorē ꝛ minorem armeniā. In qua ꝓuin

cia ſunt ille due ciuitates famoſe ſcilicet Sebaſtes apud quam martyrizati fu-erunt beatus Baſilius epi-ſcopus et quadraginta mi-lites martyres. quorum fe-ſtum ſeptimo nonas martij celebratur. Et ceſarea capa-docie. cum pluribꝰ alijs ci-uitatibꝰ magnis. Que etiã prouincia romana ꝑ armenia maiore a multis reputa-batur ⁊ aꝑpellabat̃. Inſuper de grecia vt dictũ eſt arme-nia minor reputabatur vſ-ꝗ ad montagnam nigram pro vt accepi a viris religio-ſis de armenia natis. ꝗ ſub regula beati Baſilij habitũ ferebant. profeſſi. de qua ar-menia minori a pluribus alijs pro certo dicitur eſſe Romana prouincia. in qua Sebaſtes ciuitas ſita eſt. Unde volunt illi ꝙ hec ar-menia contigua ſit cuꝫ ma-iori. in finibus illius ciuita-tis predicte. que etiam a ꝗ-buſdam fertur fuiſſe de re-gno coſti patris ſancte Ka-therine. Et de iſta opinio-ne fuiſſe videtur ille qui ſu-pradictorum. quadraginta martyrum legendam com-poſuit. Nam in eius princi-pio dicit apud Sebaſten armenie minoris. quadra-ginta militum tempore li-cinij regis ſub preſide Agri-culao. ⁊c. Ponendo ergo in minori armenia eſſe Seba-ſten que eſt in dicta prouin-cia romana. ponit etiam il-lam fore prouinciam de mi-nori armenia.

Quintum capitulũ.

In quo agitur que fuerit mater beate Katheri-ne Et quomodo ad chriſtũ cõuerſa ſit ipſa eius mater. Et de ortu et ſufficiẽtia ma-gna iſtius ſancte: ac etiam de obitu patris ſui. ſcilicet: regis Coſti qui obijt in gre-cia abſꝗ vide chriſtiana. ſꝫ in gentilitate et in iuuenili etate. Mater vero ſancte ka-therine ſabinella nomie fu-it ad chriſtum ꝯuerſa a quo-dam ſancto heremita et ba-ptizata: vt habetur infra in legenda: ⁊c.